THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Süddeutschland, 13. bis 14. Jh. Seite 104v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31245
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



bulis lapideis. tertius a xpo intra. quartus
a presentia diuina. primus est liber rationis
secundus correptionis. tertius gratie. quartus diui
ne sapientie. liber qui in paradyso est
scriptus. ibidem est corruptus. nec emendatus.
ideo corruptus est. quia latrones corrup
unt. quando uulnerauerunt hominem descen
dentem de ierusalem in iericho. hoc fuit
quando uulnerauerunt. et percusserunt me.
et tulerunt pallium meum custodes mu
rorum. Sed cum quis cogitat quid agere debe
at. et hoc rationabiliter disponit. quasi
in libro rationis legit. cum uero peccat.
et exemplo uel doctrina sanctorum patrum pe
nitet. quasi in libro correctionis legen
do studet. Si quis accusatus ab alio cum
muliere deprehensa in adulterio. au
dit ad non. Vade et amplius noli peccare.
cum paralitico remittuntur tibi peccata tua.
legit in libro gratie. quem ihesus deorsum
inclinans se. digito scribebat in terra.
quia xpus inclinans se per carnis assump
tionem. digito suo quasi penna uel ca
lamo. i. spiritu sancto. hunc librum gratie. in terra
tamquam in pergameno scribebat. i. in mente
humana. liber scriptus ab eterno numquam
corruptus. semper idem permanet. nec
ullius mendatii in se maculam habet.
De hoc libro dicit quidam. quod eius origo
sit eterna scriptura indelebilis. inspec
tus desiderabilis. scientia dulcis. pro
funditate inperscrutabilis. scriptus est intus
et foris. intus in deitate. foris in hu
manitate. quia huius libri littere in causto
humanitatis sunt scripte. sed auro
diuinitatis illuminate. hii sunt iiii. li
bri qui in futuro erunt aperti. In hiis

inscrutabilis essencia.

iiii. libris. fratres mei. in filio meo stude
bitis maxime in diebus istis. et sic can
tabitis canticum nouum hominis. ut
tandem ad suas delicias nos assumat
summe bonus. immo summum bonum
dulcedo cordium. Ihesus xpus dominus noster. qui cum
patre. et cetera.

Spiritus sanctus discipline effugiet
fictum. nec habitabit in corpore
subdito peccatis. Legitur in euangelio quod
cum pater familias seminasset bonum
semen in agro suo inimicus homo
super seminauit zizania. Bonum se
men patris familias filii gratie. filii
ecclesie. filii uite. Super seminata zi
zania generatio prauia et adultera. ge
neratio prauia et perusa. Vidit inimicus
diabolus crescere et multiplicari semen
abraham in quo benedicentur omnes gen
tes. Vidit et inuidit concepto spiritu in
dignationis et furoris. ait ad suos.
Ergo ne in obprobrium et contemptum dati
steriles ac sine fructu annos agemus.
Ergo ne maledictione subiecti non
relinquemus semen in ysmahel. Cres
cunt et multiplicantur emuli nostri sicut
stelle celi. et sicut harena que est in lito
re maris. Veniunt ab oriente et occi
dente edificant ecclesias. monasteria
construunt. et in eis omnis etas. sexus.
et conditio. consonant laudes personant cre
atoris. Regenerantur per baptismum.
reconciliantur per penitentiam. et per gratiam
fiunt filii et heredes. heredes quidem
dei. cohedes autem dei. Iam non sufficiunt
eis urbes et oppida. Vicos et agros
implet populus xpianus. et inter eos quidam